VARIA AD CONCILIUM GENERALE CONSTANTIENSE ET BASILEENSE SPECTANTIA

Basel, 4. Jahrzehnt 15. Jh. Seite 47r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35040
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



Tractatus de squalaris Rom. curie et nisi corrigit se
stat in periculo dampnacionis eterne et sequitur

M

Moyses factus est tamquam solitudinis amicus
in terre contemptionis et tinctu ingressus interiora
deserti vidit visionem magnam ingerente animo
suo excessivum sua mirabilitate stupore quod rubus arde
bat et non comburebatur. Ego vero peccator comes multitudinis
curiose considerationis aspectu gradiens in exteriora mundi video
vel saltem videre videar visionem multo magne mirandum
videlicet quod clerus et status ecclesiasticus in tam maligno tamquam
igne malo tanto tempore positus et vento urente vehementer
inflammatus incessanter aduritur et nullus non omnino deficit
sed in esse conservatur miraculum fuit illud sed istud est mirabilius
quia si illud fuit super vires nature nil tamen repugnabat
mirifice dei gratie hic vero corrumpitur naturalia pereunt spiritua
lia et per demeritum excluditur omnis gratia iusticiaque dei
ad exteriandum malos et malo provocatur tam graviter ut tollerando
et conservatio cleri in tanto viciorum impetu et preservatio eius
a destitutione omnimoda omnium mirandorum eius operum nobilissimum
videatur. Quamvis autem vigilare non dormire veramque
visionem et non somnum habere me credam quia tamen alios multos
vigiles idem obiectum directa visus acie contuentes nec clamare
nec concursum facere nec terreri sentio propter subortis ignibus
expertus sum fieri timor mihi quod irrepicione forte visione fallaci
decepta integer baculus in aqua stans exire apparebat mihi
fractus verum tamen timorem istum minuit quod frequenter et contra audio
quasi omnium hominum genus murmurare timere multiplicari et
dolere adeo quod mirum est quare non clamant. Ne igitur cla
mavero prout faciendum censio per hoc forte minus provide
et frustra terream homines et aquiete perturbem. Cogitatu apparencia
mihi et media per que apparent ac media quibus nonnulli
aliter iudicant simpliciter et plane mirando scripto committere ut
possit quis si placuerit cum mora videre et certior reddi
quatenus si idem videatur aliis quod mihi securius clamem et con
clamantes habeam et minus possum de inquietatione

47